



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 37. S. Petri Chrysologi Epistola ad Eutychem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

§. XXXVII.

Sæculum V.
A.C. 449.S. Petri Chrysologi Epistola ad
Eutychem.

Tristes litteras tuas non sine mærore legi, sicut enim Ecclesiarum Pax Cælesti Post ep. 23: gaudio nos recreat, ita dissensiones, præ- Leon. fertim si talibus causis ortum debeant, vehementer affligunt. Leges humanæ tringinta annorum præscriptione omnes lites Conc. Calc. tollunt, & post tot Sæcula de Jesu Christic. 1. p. 15. Generatione, quam Lex Divina nobis proponit, tanquam ineffabilem, disputatur. Non ignoras Origenem, cum in Principia inquireret, & Nestorium, cum de Naturis altercarentur, in errorem lapsos. Tum Textus aliquos ex Scriptura de Incarnatione affert, & subjungit: plura tibi responderem, si Frater noster Flavianus aliquid litterarum hac super re ad me dedisset, si enim tu ipse quereris, auditum te non fuisse, quomodo judicare possumus de iis, quæ nec vidimus, nec ab aliis, qui præsentibus fuere, audivimus? exhortor te, Venerabilis Frater! ut submittas te omnibus, quæ Beatus Papa Romanus scripsit, quia S. Petrus, qui in ejus Sede vivit, & præsidet, veram Fidem dat, quærentibus eam. Nos vero amor pacis, & Fidei de talibus causis absque Romani Episcopi consensu judicare non permittit. () Post hujus*

(*) Eximium pro Auctoritate Pontificia, simulque

Seculum V.
A.C. 449. hujus Epistolæ tempus nullibi amplius
hujus Sancti Viri mentio occurrit, cui
Sermonis elegantia Chrysologi, id est,
oris aurei, Nomen peperit. Centum
septuaginta sex Sermones, & plerosque
in SS. Evangelia ab ipso habemus. Ec-
clesia secunda die Dec. ipsius memoriæ
Martyr. R. colit. (*)
2. Dec.

§. XXXVIII.

Pseudo-Concilio Ephesini initium.

Conc. Calc. Concilium Ephesinum, ab Imperatore
Act. 1. p. 115. ad primam Aug. convocatum, octa-
vo ejusdem Mensis, id est, secundum Ro-
manos

que pro Bona fide Fleurii, ejusmodi textus ex-
cerptis, testimonium!

(*) Die letzten Zeilen dieses Abschnittes hat der
Uebersetzer ausgelassen, und davor eine Anmerkung
hingefschrieben. Er setzt sich auf seinen Nichter-
kühl, und spricht: Die Gedanken des Heil. Pe-
trus Chrysologus in seinen Schriften wären
edel, und die Worte, damit er sie ausgedrückt,
auserlesen. Inzwischen glaubten doch nicht
alle, daß er damit den Namen eines Chryso-
logi verdienet habe. Das auserlesenste für un-
sern Uebersetzer, in den Schriften des Heil. Petrus,
ist das Zeugniß, welches er hier giebet, daß er über
Glaubenssachen ohne Gemeinschaft mit dem Bischof
zu Rom zu urtheilen sich nicht getraue. Das wä-
re eine notwendige Anmerkung gewesen für einen
Protestanten, der aus Liebe zur Wahrheit die Ge-
schichte des Herrn Fleury übersetzet hätte.